

**Privilegiū dñi Eugenij pape. iiii.** Perpetuo decreto q̄ nulli ad monasteria seu dignitates abbatiales ordinis eligantur vel pmoucantur/aut in abbates pficiantur/ seu ad illa vel illas per cōuentus aut aliquos dicti ordinis superiores admitti possint/nisi primo saltē p̄ integrum annū in dicto ordine probati fuerint/ et in eo pfessione regularem p̄ monachos dicti ordinis emitti solitam emisierint quibuscunq̄ alijs ordinationibus apostolicis cōtrarijs quibuscunq̄.



**Eugenius** *Ep̄s seruus seruorum dei.* Ad perpetuā rei memoriam. **A**editatio cordis nostri assidua ad hoc vigilat et intendit/ut regulares ordines et loca religionis titulo insignita/put illa indigere cōspicimus/ad statū salubrē et debitū reducant/ne q̄ absit aplice p̄uisionis destituta suffragio/defolationis subiaceat detrimento. **E**xhibita siquidē nobis pro parte di-

lecti filij **J**ohānis abbati monasterij cisterciēsi **B**abilonei dicensis petitio cōtinebat/q̄ cū sepe ad pleraq̄ monasteria **C**isterciēsi ordinis/et eorū abbatiales dignitates nōnulli de plerisq̄ mundi partib⁹/ordinū diuersorū pfessi/et quōq̄ clerici seculares ordinamēta/laudabiles cōsuetudines et statuta/ac regulārē disciplinā dicti ordinis ignorantēs pmoueri cōtingat/p̄pter q̄a taliter pmotos statutorū h̄mōi ignaros sc̄dm illa viuere/vel eorū subditos ad viuēdū instruere nō valētes/grauiā nōnūq̄

In eodē ordine scandala ⁊ detrimēta hactenus puenerūt/ac p  
 uenire timeat̄ verisimiliter in futurū/nisi sup hoc aplice sedis  
 puidētia suffragetur/p parte dicti abbatis nobis fuit hūili-  
 ter supplicatū/vt hmōi scandalis ⁊ detrimētis obuiare/dictiq;  
 ordinis ⁊ eius salubriū institutorū directioni/conseruationi/ ⁊  
 statui oportune prouidere de benignitate aplica dignaremur.  
 Nos igif qui religiosarū psonarū quietē/ac piorū locorū con-  
 seruationē/augmentū/ ⁊ pacē pcurari ⁊ ppagari intensis desi-  
 derijs affectamus/hmōi supplicationib⁹ inclinati/hac ppetua  
 sanctiōe statuim⁹ ⁊ etiā ordinam⁹ qđ de cetero ad monasteria  
 siue dignitates abbatiales dicti ordinis nulli eligant̄/ seu etiā  
 pmoueant̄/aut in abbates p̄ficiant̄/seu ad illa vel illas p con-  
 uentus ⁊ alios dicti ordinis superiores admitti valeant ⁊ admit-  
 tantur/nisi p̄mo saltem p integrū annū in dicto ordine p̄bati  
 fuerint/ ⁊ in eo p̄fessionē p monachos eiusdē ordinis emitti so-  
 litam emiserint regularē. Decernētes quorūcūq; electiones si-  
 ue puisiones/aut pmotiones/ quomōcūq; ⁊ qualitercūq;/  
 ac quauis auctoritate factas/irritas ⁊ inanes/nulliusq; existe-  
 re roboris vel momēti/cōstitutionibus ⁊ ordinationibus apli-  
 cis/ceterisq; cōtrarijs nō obstantibus quibuscūq;. Nulli ergo  
 oino hominū liceat hanc paginā nostre p̄stitutionis ⁊ sanctio-  
 nis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aut̄ hoc  
 attemptare p̄sumpserit/indignationē omnipotētis dei/ ⁊ bea-  
 torū Petri ⁊ Pauli ap̄torum eius se nouerit incursum. Datū  
 Ferrarie. Anno Incarnationis dñice **AD. cccc. xxxviiij.** Idus  
 Decembris. Pontificat⁹ nostri Anno octauo.

**E**iisdē. Perpetuū decretū. **Q**uod de cetero  
 nullus abbas ordinis monasteriū cui p̄-  
 est absq; licentia ⁊ assensu capituli genera-  
 lis resignare/aut illius regimini seu admi-  
 nistratiōi bonorum cedere quoquomō

possit/nisi dumtaxat hoc faciat in cōsisto-  
rio secreto pōtificis/z nō alibi. **E**t q̄ resig-  
nationes abbatū aliter facte/ aut faciēde/  
seu p̄uisiones inde secute nullius robo-  
ris existant. **E**t nihilominus aliter resig-  
nantes/z alij se virtute huiusmodi resig-  
nationū aut p̄uisionū inde sequentiū in  
monasterijs intrudentes/ vel de regimi-  
ne se quoquō intromittētes excōcationis  
sententiā incurrant/nō nisi p̄ **R**omanū pō-  
tificem absoluendi.



**B**genius **E**piscopus seruus ser-  
uorum dei. **A**d p̄petu-  
am rei memoriā. **E**cclēsiarū z monasteriorū  
cura nobis superna dispositione commissa  
angimur z quotidiana sollicitudine perurge-  
mur/vt illa eo p̄uidētie studio gubernen-  
tur quo cordium scrutator almissicus nihil in  
eis inueniat nota dignum. **C**um itaq̄ sicut  
exhibita nobis nuper p̄ parte dilectorum fi-  
liorum **J**ohannis abbatis monasterij **C**isterciēsi/  
**B**abilonei  
diocesis ceterorumq̄ cisterciēsi ordinis monasteriorum abba-  
tum petitio continebat. **N**onnulli eiusdē ordinis monasteriorū  
abbates illa quibus p̄sūt interdū minus honeste/minusq̄ de-  
bite gubernātes/z vitā ducentes penitus dissolutā/vt eiusdē  
ordinis correctiones effugiant z euitent inconsultis eorū con-  
uentibus/pactisq̄ tractatibus z cōventionib⁹ inhonestis me-  
diātibus in **R**omanū curia/vel in partibus etiā corā notarijs z

fide dignis honestisq; psonis frequēter resignēt ac cēdant/ ac  
 psonas indignas et insufficiētes/ quōq; etiā clericos aut p̄sbyte-  
 ros seculares/ seu alioꝝ ordinū religiosos/ qui disciplina et ob-  
 seruatiā ac statuta et cōsuetudines dicti ordinis ignorātes eo-  
 rum monachos in illis instruere nesciūt/ et illos ad eorū obser-  
 uantiā inducere nō curant/ ad dicta monasteria p̄ sedem apli-  
 cam pmoueri/ ipsorūq; resignationes et cessiones cōfirmari p̄-  
 curent/ p̄pter que monasteria ipsa inutilibus cōmissa rectori-  
 bus grauiā sustinent in spiritu alib⁹ et tēporalibus detrimenta  
 in nō modicū monasteriorū et ordinis p̄dictorū p̄iudiciū et dam-  
 num/ ac scandalū plurimorū. Nos igitur quorū interest h̄mōi  
 morbo pestifero p̄uidere/ et scandalis obuiare volentes/ hac p̄-  
 petua sanctione statuim⁹ et ordinamus/ q̄ de cetero nullus ab-  
 bas ordinis p̄libati monasteriū cui p̄ceat absq; eiusdē ordinis  
 generalis capituli licentiā et assensu resignare/ aut illi⁹ regimi-  
 ni seu administrationi bonorū cedere quoquomō possit/ nisi so-  
 lū et dum taxat in casu quo aliquis ex h̄mōi abbatib⁹ in mani-  
 bus nostris aut successorū nostrorū Romanū pontificū canoni-  
 ce intrantiū in cōsistorio nostro secreto/ et nō alibi/ suū mona-  
 steriū resignaret/ talisq; monasterio sic resignato in eodē cōsisto-  
 rio et nō alibi vel alio modo p̄uideret/ q̄d̄q; omnes et singulare  
 signationes p̄ quoscunq; dictorū monasteriorū abbates/ alibi  
 vel aliter facte que suū effectū plene nō sunt sortite/ et imposte-  
 rum faciēde/ seu p̄uisiones inde secute vel sequēde/ effectū et vi-  
 ribus careant/ nulliusq; roboris vel momēti existant/ ipsiq; ut  
 p̄fertur alias v̄l aliter resignātes seu regimini h̄mōi cedentes/  
 et alij quicūq; in monasterijs p̄dictis/ aut aliquo ipsorū virtute  
 h̄mōi resignationū aut p̄uisionū inde securarū se intruden-  
 tes/ vel de regimine eorūidē se quoquomō intromitētes/ ex  
 cōis sententiā a qua nō nisi p̄ Romanū pōtificē/ p̄terq; in mor-  
 tis articulo cōstituti/ absolui valeant incurrāt ipso facto. Con-  
 stitutionibus et ordinationib⁹ aplcis/ ac statutis et cōsuetudi-  
 nibus monasteriorū et ordinis p̄dictorū et alijs cōtrarijs nō ob-  
 stantib⁹ quibuscūq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc  
 paginā nostre cōstitutionis et ordinationis infringere/ vel ei au-

tu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attēptare p̄sumpserit/  
indignationē omnipotētis dei/ et beatorū Petri et Pauli aplo  
rum eius se nouerit incurfurū. Datum Florentie Anno incar  
nationis dñice M. cccc. xxxviiij. Pridie Idus Martij. Ponti  
ficatus nostri Anno nono.

**Eiusdem.** Si abbates ordinis aplice vel  
alia qua vi auctoritate p̄moti abbati ci  
stercij/ qui generalis hic dicitur/ et ceteris/  
uisitatoribus/ reformatoꝝ/ ac superio  
ribus ordinis subiiciuntur oīno sicut alij  
p̄ ordinē p̄moti. Cōtrariū p̄sumētes  
sententia excoꝛicationis late hic feriuntur.



**D**ignus Epus seruus seruorū  
dei. Ad futurā rei me  
moriā. Ad vniuersalis ecclesie regimen licet  
insufficientib⁹ meritis diuina disponēte cle  
mentia deputati nō possumus non turbari/  
cū monasteria et alia loca regularia sentimus  
in aliqua parte ledi/ sed tunc p̄fecto acerbio  
ri dolore p̄fodimur cū vbi speciosiora esse so  
lent enormi⁹ deformant. Sane p̄ parte dile

cti filij Johānis abbatis monasterij Cisterciēsi Babilonei dio  
cesis exhibita nobis nup̄ petitio p̄tinebat/ q̄ nōnulli cisterciēsi  
ordinis abbates/ alij videlicet se ad abbatiales dignitates q̄s  
obtinēt p̄ aplicam sedē p̄motos. Alij vero electiones de eis  
ad dignitates siles factas/ et p̄ sedem fuisse confirmatas eandē  
asserentes/ et eo p̄textu se fore exēptos ad capitula generalia di  
cti ordinis accedere/ uisitatorib⁹ quoq̄ et reformatoꝝ ordinis  
eiusdē parere negligunt et recusant/ p̄dictū abbatē genera  
lē/ uisitatoꝝ et reformatoꝝ h̄mōi cōtēnentes/ in ipsoꝝ vili

pendiū/ac scandalū toti<sup>o</sup> ordinis nō modicū z iacturā. Quare p parte dicti abbatis nobis fuit hūiliter supplicatū/ vt sup his oportune providere de benignitate aplice dignaremur. Nos itaq; q ordinū z monasterioꝝ quozūlibet curā gerim<sup>o</sup> generalē quozūq; interest sup talib<sup>o</sup> puidere cupieñ/q; ordo ipse z illi<sup>o</sup> p sone p̄sertim in dignitatib<sup>o</sup> cōstitute in caritatis z obedientie vinculo cū abbate p̄fato/z alijs eoz supiorib<sup>o</sup> se p̄formēt/eisq; iuxta statuta z ordinatiōes ac laudabiles consuetudines dicti ordinis pareāt z intendāt/auēte aplice/tenore p̄sentii declaram<sup>o</sup> q̄scūq; ordinis p̄fati abbates/aplice vel alia quavis auēte p̄motos/illoꝝ etiā quozū electiones ad abbatiales dignitates sunt eadē aplice vel auēte alia cōfirmate/ nullaten<sup>o</sup> p̄pter p̄mouones vel cōfirmationes hmōi ab abbate/ordine/visitatorib<sup>o</sup>/z reformatoꝝib<sup>o</sup> hmōi fuisse vel esse exēptos. Decernentes eos z q̄scūq; alios aplice vel alia quavis auēte hmōi de cetero p̄mouendos/ac etiā illos quozū electiones confirmari in futurū p̄tigerit vt p̄fert eisdē abbati/ordini/visitatorib<sup>o</sup>/z reformatoꝝib<sup>o</sup>/illoꝝq; correctionib<sup>o</sup> put ante erāt subditi subiacerē z oīno subesse. Nos em̄ oēs z singulos qui p̄textu p̄mouionis seu cōfirmationis de se facte hmōi p̄sūperint rebellio nis/p̄temptiōis/vilipēsonis/aut inobediētie p̄tra patrē abbatē/ordinē/visitatoꝝes/z reformatoꝝes/hmōi p̄ tēpore existentes/cornua eleuare/excōis sentētie decernimus subiacerē. Cōstitutionib<sup>o</sup> z ordinationib<sup>o</sup> aplicis ac monasterij z ordinis p̄dictoꝝ/iuramēto/p̄firmatōe aplice vel quacūq; firmitate alia roboratis/statutis z cōsuetudinib<sup>o</sup> cōtrarijs non obstantibus quibuscūq;/seu si p̄motis z cōfirmatis/seu forsan p̄mouendis z cōfirmādis hmōi vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim a sede aplice sit indultū qd̄ interdicti/suspendi/vel excōicari nō possint p̄ litteras aplicas nō facieñ plenā z expressam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi mentionē. Et insup irritū decernimus z inane si sec<sup>o</sup> sup his a quoquā quavis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attēptari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre declarationis z cōstitutionis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attē

ptare presumpserit/indignationē omnipotētis dei/ z beatorū  
Petri z Pauli apostolorū eius se nouerit incursum. Datū Fer  
rarie Anno incarnationis dñice/Ab. cccc. xxxvij. Idus Decem  
bris. Pontificatus nostri Anno octauo.

**E**iisdē. Salutaris exhortatio z monitio  
ad capitulū generale vt male errata emē  
dent/et sanctam religionis obseruātiā  
custodiant.



**Eugenius** Epus seruus seruorū  
dei. Dilectis filijs ab  
bati Cistercij/ceterisque abbatibus z mona  
chis Cistercienſi ordinis in generali capitulo  
apud cisterciū cōgregatis. Salutē z aplicam  
benedictionē. Inter ceteros in christi eccle  
ſiā deo militantes monachorū ordines Ci  
stercienſi ordinē speciali semp caritatis affec  
tu profecuti sumus/atq; inherētes vestigijs

predecessorū nostrorū a quibus ordo ipse multis z magnis pri  
uilegijs ac fauoribus munitus z decoratus existit/ad ea inde  
fesse proni z ppitij fuimus que fauoris augmentū/cōseruatio  
nem ipsius ordinis/salutem animarū ac psonarum eiusdem/  
aut ipsi pſperimus/aut alias p alios req̄ſiti expediuisse p eius  
cōseruatione cōperim⁹. Cū autē vos put accepimus fm ordi  
nis vſi cōſtitutiōes gnāle vestri ordinis caplm dieb⁹ rogatic  
nū p̄rie futurū apud cisterciū celebraturi ſitis/nos qm̄ qd̄ dolē  
ter referim⁹ de abbatib⁹ z monachis ac psonis monasteriorū vſo  
rū sepe graues q̄rimonias a diūſis psonis tā ex Iſpāniāz q̄  
Galliāz partib⁹ habuerim⁹/ex debito nſi pastoral' officij deuo  
tionē vſam in dño req̄rim⁹ z hortamur q̄tenus ad hmōi note  
expurgationē ad ea studiose z diligēt velitis incūbē p q̄ timor  
dñi scūs in psonis eiisdē ordis vſi pſeueret/reglar' obseruātie

neruus vigeat / et caritatis vinculum totum ipsum ordinem complectatur /  
 hoc facile consequi poteritis collapsos nimium mores tam gene-  
 raliter quam specialiter abbatum / monachorum / et personarum ipsius or-  
 dinis corrigendo / novas constitutiones saluberrimas edendo /  
 veteres tam predecessorum nostrorum summorum pontificum quam ipsius or-  
 dinis ut strictius seruentur ordinando et disponendo / et ea que ad  
 ius et honorem nostrum et apostolicę sedis pertinet effectualiter obseruā-  
 do / atque omnia alia et singula faciēdo ad que generalia capitula huiusmodi a  
 sanctis patribus instituta et ordinata esse noscuntur. **S**in autem put-  
 non credimus aliqui inter vos ad hec salutaria nostra monita / et vo-  
 bis ex debito ordinis vestri incumbētia executioni mandanda re-  
 pugnantes / aut minus bene dispositi inuenirentur / nos aduersus  
 huiusmodi personas ne tot et tanta bona in vestro ordine impediātur  
 censuras ecclesiasticas / debitos fauores / et oportuna subsidia que  
 eorum temeritas contempserunt / et alijs similia in futuris presumēdi  
 facultas precludatur / vestre deuotioni pollicemur. **A**gite igitur et ha-  
 bentes pre oculis solum deum illa ipsa in huiusmodi celebratione capituli  
 facere diligenter curetis / ex quibus exorte de monasterijs vestris si-  
 nistre opiniones deleantur / ac laici qui ut accepimus quibus pene con-  
 pulsus fuerunt reformationi monasteriorum vestrorum manus apponere  
 exemplo vite et morum vestrorum bene edificentur / et ad que capitula ipsa  
 sunt adinuenta et instituta / et quibus **C**isterciensis ordo felicia a  
 nobis optata capiat incrementa / ac vos demum post eterna pre-  
 mia apud nos et apostolicam sedem dignis laudibus ac fauoribus po-  
 tioribus decorari mereamini. **C**omissimus preterea dilecto filio  
**J**ohanni abbati monasterij de **Q**uila in sacra pagina magistro  
 et vestri ordinis in **R**omana curia procuratori generali aliqua cir-  
 ca predicta / deuotioni vestre ex nostra parte referenda / super quibus eidem pre-  
 sentium latores volumus tanquam nobis plenam fidem a vobis impartiri.  
**D**atum **R**ome apud sanctum **P**etrum. **A**nno incarnationis  
 dominice **M**.cccc. xliij. xvj. kl. **A**prilis. **P**ontificatus nostri **A**n-  
 no quindecimo.

**E**iisdem. **C**onfirmatio puissionis dudum concessę per dominum  
**M**artinum papam. v.



**Et** conseruatores/indices/ z executores  
 pro directione causarum z negotiorū or-  
 dinis a sede apostolica deputati/ necnon  
 notarij z tabelliones/ z alij quicunq; ad  
 hoc requisiti absq; litteris de vidim<sup>o</sup>/ seu  
 de placet diocesanozū z etiā absq; licētia  
 vel cōsensu quozūcūq; p̄latozū/ aut ordi-  
 narioz/ vel officialiū dictas litteras apli-  
 cas suasq; executiones quoniēs requisiti  
 fuerint exequi possint z debeāt. Nota q̄  
 istud priuilegiū est exp̄ssi<sup>o</sup> quibusdā p̄ce-  
 dentib<sup>o</sup> in sili materia. **Et Anno dñi M.**  
**cccc. xlix.** dñs ep̄s **Aduen** cardinalis p se  
 z suos officiales vsum eiusdē priuilegiū  
 impedire nitebat in sua diocesi/ cui dñs  
 cistercij restitit/ z in curia requestarū **Pa-**  
**riscus** sententiā p̄tra ip̄m obrinuit/ **A** qua  
 dñs cardinalis appellauit ad plamentū/  
 p quod ipse dñs cardinalis fuit cōdēna-  
 tus z declaratū q̄ ordo hoc iurevti debe-  
 bat. **S**ed quia sententia est multū plira/  
 z pro maiori parte verbis gallicis conte-  
 rta hic omittitur z in archiuis cistercij cō-  
 seruatur.

**W**

**W**genius Epus seruus seruoꝝ  
dei. Dilectis filijs vni  
uersis ⁊ singulis cōseruatorib⁹/iudicibus/et  
executorib⁹ p directione causarū ac negocio  
rū dilectos filios cistercij Labiloneſi dioceſ/  
⁊ alioꝝ vbilibet pſistentiū cistercieſi ordinis  
monasterioꝝ abbates/ac cōuentus cōtingē  
tiū/p aplice ſedis litteras deputatis/ Salu  
tē ⁊ aplicam benedictionē. **H**umilibus ſuppli

cū votis libenter annuimus illaqꝫ fauoribus psequimur opor  
tunis. **D**udū ſiquidē felicis recordationis **M**artinus papa. v  
pdeceſſor noſter litteras cōceſſit tenoris ſubſequētis. **M**ar  
tinus Epus ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad futurā rei memoriā. **Q**uod  
antidota morbis hoc preſtare ſolent ſtatuta negocijs/ſed ple  
rūqꝫ contingit/vt quod p futurū putabatur iudicio noxiū in  
ueniat experimēto. **S**ane cū dudum in exordijs peſtiferi ⁊ an  
tiquati ſciſmatis iam p dei gratiā extincti ad tollendū ſcanda  
la que ppter executionē diuerſarū litterarū que ab his qui p  
Romān pontificib⁹ in diuerſis obediētis ſe gerebant in non  
nullis partib⁹ oriebant. **U**rbanus. vj. in ſua obedientia nūcu  
patus cōceſſerit quibuſdā p̄latis qd in eoꝝ ciuitatibus ⁊ dioceſ  
nō poſſet fieri executio aliquarū litterarū apoſtolicaꝝ niſi p̄ ſus  
bniuſmodi littere p̄latis ipſis vel eoꝝ officialib⁹ ad hoc depu  
tatis exhiberent ⁊ p ipſos approbate forent. **U**erū qz etiā de  
inde ipſi prelati ſeu officiales in conſuetudinē traxerūt ⁊ aliq  
pretextu ſtatutoꝝ puincialiū ſeu ſynodaliū ſimiliter ſeruant ⁊  
ſeruari faciūt/q litteras apoſtolicas nullus exequi audeat/ni  
ſi poſtqꝫ prelati ſeu officiales ipſi p ſuas litteras quas vidim⁹  
ſeu placet nūcupant/mandēt ⁊ cōcedant qd poſſint exequi per  
iudices in eis deputatos/ ppter quod executio litterarū aplica  
rum plus debito plerūqꝫ retardata fuit ⁊ ſepe ipſe littere apli  
ce totaliter executionē caruerūt in grauē iniuriā ſedis aplice/et  
enorme impetrantiū preiudiciū ⁊ grauamen. **N**os igitur cen  
ſentes rationi conſonū/vt quod hmoi ſciſmatis calamitas in  
trodūxit/pacis tempore auferat/conceſſionē p̄dictā ⁊ quecūqꝫ

statuta circa premissa quolibet facta auctoritate aplice tenore presentium/hoc sacro Constantiensi approbante concilio/reuocamus/cassamus/et etiam annullamus/ac volumus et decernimus quod iudices et executores quicumque in litteris aplice deputati/et deputandi et alij quicumque ad quos spectabit/necnon notarij et tabelliones super his requisiti vel requirendi/absque homini littera vidimus seu placet nuncupata/ac etiam licentia vel consensu quoruncumque prelatorum/patriarchali/aut alia quavis dignitate insignitorum/et locorum ordinariorum/aut officialium eorundem/libere huiusmodi litteras aplice exequi debeant atque possint. Nos enim eadem auctoritate decernimus omnes et singulas sententias quas predicti prelati et superiores/aut eorum officiales contra homini iudices vel executores/seu impetrantes propter executiones huiusmodi per eos faciendas forsan inflixerint vel promulgauerint irritas et inanes/ac nullius existere roboris vel momenti. Necnon quencumque qui contra premissa aliquid attemptare presumpserit/ab exercitio iurisdictionis ecclesie per tres menses ipso facto suspensus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reuocationis/cassationis/annullationis/constitutionis et voluntatis infringere/vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit/indignationem omnipotentis dei/et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Constantie secundo kl. Maij. Pontificatus nostri Anno primo.

**C**um autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum cistercijs Babilonensi diocesis/et aliorum Cisterciensi ordinis monasteriorum abbatum et conuentuum petitio continebat. Licet ut premittitur reuocatio/cassatio/annullatio/voluntas/et constitutio huiusmodi processerint/ipsi tamen abbates et conuentus dubitent quod nihilominus apostolicas ab eis pro suis causis et negocijs obtentas vobisque directas litteras nisi premissis que vidimus seu placet nuncupate sunt littere desuper habeant vestrum aliquid differant siue reculent executioni demandare. Nos igitur quorum interest super his oportune providere/dictasque litteras ipsorum predecessoris viribus subsistere decernentes/

discretioni vestre p'aplica scripta mandam' quaten' vos z q'libet vestru litteras vobis directas hmoi iuxta illaru comen-  
tiam atq' formā quoties sup hoc p parte dictoru abbatu z co-  
uentuū vel aliquoru ex eis requisiti fueritis/etiā absq' hoc qd  
huiusmodi nūcupate littere p'pterea petantur vel obtineant  
exequi nullatenus omittatis/nostram z p'efate sedis animad-  
uersionē si quod absit secus egeritis non imerito formidantes  
Datum Rome apud sanctū Petrū Anno incarnationis dñi  
te M.cccc.xlvj.v. Idus Februarij. Pontificatus nostri An-  
no sextodecimo.

**P**edit pontifex iste puissionē aduersus monachos ordinis  
se ad alios ordines quosq' transferētes. Quā cōfirmat dominus  
Nicolaus eius successor.

**P**rivilégi dñi Nicolai pape. v. **N**ull' ordinis cisterciē professus ad quēcūq'  
alium ordinem p'zeter cartusienē etiā p'z-  
textū litterarū maioris penitentiarij pa-  
pe cuiuscūq' tenoris existant absq' abba-  
tis cisterciē licentia spāli causam rōnabilē  
z vrgentē quare licentia hmoi cōcedi de-  
beat summo pōtifici allegātis audeat vel  
p'sumat quōlibet se trāsferre. **C**ōtra faciē-  
tes correctioni dicti abbatis z ordis oi-  
no subiiciuntur/ipsiq' trāsire p'sumētes/ z  
abbates eoz hmoi licentiā trāsendi ad  
aliū ordinē concedē ipso facto ore apli-  
co excoicationis sentētie subiiciuntur.